# AD ORNATISS. Dn.
## RESPONDENTEM.

LAudo, Bornhuſi; nil Codri iurgia curans,
Euryali & Niſi fœdera amica refers?
Omnino cupidus ſimiles inquiris amicos,
Temporis hoc verò quâ ratione pares?
Proderat heic vigilans centum Argi ſidus oclorũ,
Et Cynicam in mediâ ſumere luce facem.
Ille, Φίλοι, οὐδεὶς φίλος! exclamaſſe Sophorum
Fertur; vox equidem Delphica, credo, fuit.
Nam refugum atq;, inhiat patulo quod Tantalus ore,
Pomum, ſic nactu fidus amicus erit.
Quare ſi Momus iam ſis, repetasq; feneſtram
Pectoris, à tergo & lumina fronte geres.

Thomas Stolſius Dantiſcanus.

FINIS.